


SECUNDUM MP

dixerit fiat. fieret.
Propterea dico uobis. omnia quaecumque orantes
petitis. credite quia accipietis. & ueniet uobis.
Et cum stabitis ad orandum. dimittite si quid habetis
aduersus aliquem. ut & pater uester qui in caelis est
dimittat uobis peccata uestra. quod si uos non dimi
seritis. nec pater uester qui in caelis est. dimittet
uobis peccata uestra.
Et uenerunt rursus hierosolyma. & cum ambularet
in templo. accedunt ad eum summi sacerdotes & scribae
& seniores. & dicunt illi. in qua potestate haec facis.
& quis tibi dedit hanc potestatem ut ista facias.
ihs autem respondens ait illis. interrogabo uos &
ego unum uerbum. & respondete mihi. & dicam uobis
in qua potestate haec faciam. baptismum iohannis
de caelo erat an ex hominibus. respondete mihi.
at illi cogitabant secum dicentes. si dixerimus de caelo.
dicet quare ergo non credidistis ei. si dicemus ex
hominibus. timebant populum. omnes enim ha
bebant iohannem. quia uere propheta esset. &
respondentes. dicunt ihu. nescimus. & respondens
ihs. ait illis. neque ego dico uobis. in qua potestate
haec faciam.
Et coepit illis in parabolis loqui. uineam pastina
uit homo. & circumdedit saepem. & fodit lacum.
& aedificauit turrem. & locauit eam agricolis.
& peregre profectus est. & misit ad agricolas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
MANCHESTER 1824
The University of Manchester
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltkulturstätte seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0150